

Tiefinger:
De nuptiis
Balavorum




26

DE
NVPTIIS
BATAVORVM

AVCTORE
Ruydijk
M. IOANNE ANDREA
TAFINGER,
SOCC. REG. TEVT. GOTTINGENSIS,
ET
LATINAE IENENSIS MEMBRO

ob 390.



*** * * * * * * * * * * * * * * * *
GOTTINGAE
TYPIS IOANNIS FRID. HAGER.
MDCCCLII.

1611
1612
1613
1614
1615
1616
1617
1618
1619
1620
1621
1622
1623
1624
1625
1626
1627
1628
1629
1630
1631
1632
1633
1634
1635
1636
1637
1638
1639
1640
1641
1642
1643
1644
1645
1646
1647
1648
1649
1650
1651
1652
1653
1654
1655
1656
1657
1658
1659
1660
1661
1662
1663
1664
1665
1666
1667
1668
1669
1670
1671
1672
1673
1674
1675
1676
1677
1678
1679
1680
1681
1682
1683
1684
1685
1686
1687
1688
1689
1690
1691
1692
1693
1694
1695
1696
1697
1698
1699
1700

DVCALIS CONSISTORII
WIRTEMBERGENSIS
ILLVSTRISSIMO DOMINO
PRAESIDI
PHILIPP. EBERH.
L. B. DE ZECH,

CONSILIARIO STATVS INTIMO, AD
CIRCVLVM SVEVICVM LEGATO DIRE-
CTORIALI, ORDINIS VENATORII SE-
CRETARIO, Vniversitatis TY-
BINGENSIS VISITA-
TORI.

MAGNIFICO DOMINO
DIRECTORI,
IOANNI SCHEFFER,

VNIVERSITATIS TVBINGENSIS
VISITATORI.

DOMINIS ASSESSORIBVS
AMPLISSIMIS, REVEREN-
DISSIMISQVE,

FRIDER. WILHEM.
FROMMANN,

CONSILIARIO REGIMINIS, FISCIQUE
ECCLESIATICI ADVOCATO.

WILHELM. GOTTL. TAFINGER,

S. S. THEOL. DOCTORI,

ECCLESIAE CATHEDRALIS STUTTGAR-
DIENSIS ANTISTITI, ECCLESIARVM
WIRTEMBERGENSIVM SVPERATTE-
DENTI GENERALI, ABBATI ALDEL-
BERGENSI, ORDINVMQVE PROVIN-
CIALIVM ASSESSORI
PRIMARIO.

L V D. E B E R H. FISCHER,

S. S. THEOL. DOCTORI,

IN AVLA SERENISSIMI PRINCIPIS PRI-
MARIO VERBI DIVINI MINISTRO, MO-
NASTERII HIRSAVGIENSIS ABBATI, OR-
DINVMQVE PROVINCIALIVM
ASSESSORI.

GOTTLIEB. FRID. ROESLER.

COENOBII ALPIRSPACENSIS

ABBATI.

PATRONIS MAXIMIS,
PARENTI OPTIMO

PIETATEM TESTATVR, VI-
TAMQVE LONGAEVAM
ADPRECATVR

TANTORVM NOMINVM

CLiens SVBMISSISSIMVS

M. TAFINGER.

VIRI,
ILLVSTRISSIME,
MAGNIFICE, AMPLISSIME,
REVERENDISSIMI QVE.



ccipite, Maecenates ex-
optatissimi, specimen,
quod Vobis offero, lit-
terarium vultu gratiofo, hoc est,
Vobis proprio. Accipite preces
ardentissimas ad Deum Maxi-
mum indesinenter fundendas.
Servet Vos divina providentia Rei-
publicae pariter ac Ecclesiae ful-
cra,


cra, Orbis litterarii lumina, Vestaque in Ecclesiam Christi merita amplissima & temporariis, & spiritualibus, compenset bonis largissimis. Ita precatur ex animo, ita enixissime se commendat.

VIRI,
ILLVSTRISSIME,
MAGNIFICE, AMPLISSIME,
REVERENDISSIMIQVE
IMMORTALIVM NOMINVM
VESTRORVM

Dab. Gottingae
D. X. Decembr.
M D C C L I I.

CVLTOR SVBMISSISSIMVS

M. IOANNES ANDREAS
TAFINGER.



§. 1.

Materia de Nuptiis est per-
quam trita, estque a Viris
Celeberrimis abunde per-
tractata. Vnde is, qui eam iam adgredi-
tur, novi praestare nihil videtur iure
meritoque. Evidem constitui, de nu-
ptiis Batauorum pauca differere, & quae
notatu digna sunt, breuiter examinare.
Transeo igitur ea omnia, quae ad nu-



ptias in toto ambitu suo spectandas re-
quiruntur. Taceo materiam de sponsa-
libus, nec de eorum validitate loquor,
praetereo quod de gradibus eorumque
computatione disputatur, praesuppo-
no, quod ad dissensum, seu consensum,
parentum spectat, nec mentionem fa-
cio trium bannorum ecclesiasticorum,
denique etiam de controversia antiqua
nos inter & Pontificios dudum agitata,
atque a Nostratibus solidissime conju-
tata, an coniugium sit Sacramentum?
praefari superfluum duco.

§. 2.

Nuptias Reformatorum, in Batauia
viventium, nihil fere differre a nuptiis
& re-

II

& reformatorum, & Lutheranorum,
aliis in regionibus viuentium, constat
ex Benthemii statu ecclesiastico, & scho-
lastico Batauo, qui liber lectu dignissi-
mus est. Formulae liturgicae, quibus
Ministri ecclesiae reformatae vtuntur
penes Batauos, cum Protestantium li-
turgiis maxime conspirant, si materiam
de nuptiis spectes.

§. 3.

Qui nuptias celebrare cupiunt in
Bataua, nec sunt reformati, quorum
religio est dominans in septem confoe-
deratis prouinciis, debent sua nomina
indicare in curia, quam Stad-Huys vo-
cant. Inscrubunt illa deinceps Albo-

Con-



Coniugatorum publico, & inscriptio-
ne facta publice proclamat, atque
ab aliquibus Magistratus politici mem-
bris copulantur. Formula, quae vſur-
patur, est haec: N. visne N. maritum,
vxorem, ducere? huic quaefitioni a de-
sponsatis adfirmatae additur alia: Vul-
tisne vobis inuicem esse fideles, nec
vos, donec mors id efficiat, separare?
affirmant iterum & tandem perbreuis
adhortatiuncula adiungitur: memento-
te pauperum. Cui volupe fuerit, haec
fusius descripta cognoscere, supra lau-
datum Benthemium euoluat.

§. 4.

Cum Lutherana religio, etſi olim
primum locum obtinuerit, vti ex Loe-
ſcheri

Scheri historia motuum P. 3. p. 74. & seqq.
constat, non sit in Batauia dominans,
Augustanae Confessioni inuariatae ad-
dicti, seu Lutherani, qui nuptias suas
celebrare cupiunt, descripto modo istas
instituere pariter tenentur. Confirmatio
Magistratus publica est in Batauia
in primis necessaria, neque cuiquam ab
ista conceditur dispensatio. Pone ali-
quem clam per suum Pastorem benedi-
ctionem sacerdotalem accipientem, fa-
cta nondum confirmatione publica, cer-
te ille, vbi in Magistratus notitiam bene-
dictio haec clandestina peruenerit, non
solum haud mediocrem numerabit mul-
ctam, sed & illius matrimonium erit
nullum.



nullum. Neque hoc iniustum censeo,
cum maximi intersit reipublicae scire
& diiudicare, vtrum per hoc vel istud
matrimonium nihil ciuitatis derogetur
commodis? vtrum hoc vel istud coniu-
gium non sit & fieri possit ciuitati mo-
lestum, quod penes pauperes perfaepe
accidere solet.

§. 5.

Confirmatione publica impetrata
quilibet habet veniam, per suae religio-
nis ministrum sacerdotalem benedictio-
nem accipiendi. Lutherani in Batauia vi
legis ecclesiae suae benedictionem sa-
cerdotalem accipere tenentur. Debent
quippe eorum, qui nuptias habere vo-
lunt,

Iunt, sponsalia ter, & quidem tribus diebus dominicis in ecclesia publice indicari. Nec sine testimonio, a Magistratu politico dato, quod confirmationem publicam probat, admittuntur. Factis hisce tribus proclamationibus publicis, nullisque impedimentis legalibus prolati, benedictio sacerdotalis suscipitur, quae &, vbi altera pars fuerit aegrota, priuatim coram parentibus aut aliis testibus solet dari. Quam Bentheemianam recensionem in Batauia versatus & indagaui & veram deprehendi.

§. 6.

Dantur & in Batauia sectae benedictionem sacerdotalem non petentes.

Quae-



Quaeritur vtrum benedictio sacerdotalis sit necessaria, & praecepti diuini, & an possit salua conscientia negligi? Pontificii, qui coniugium pro sacramento habent, illam absolute necessariam, ut effectum spirituale, statuunt, id quod ex Concilio Tridentino distincte patet, declarantur nimirum Sesf. XXIV. C. I. illa matrimonia omnia nulla & invalida, quae sine hac benedictione contrahuntur. Ad essentiam coniugii igitur Pontificii illam referunt. Fateor, quod nullum vestigium in sacro codice extet, quo probari eius necessitas possit; vnde & illis in terris, vbi non est recepta, potest omitti. Quanquam haud

nega-

negare velim, quod, cum coniugium
 res sacra sit penes omnes homines, be-
 nedictio sacerdotalis cum imploratione
 diuinae gratiae coniuncta, maxime ad
 aedificationem & neogamorum & au-
 ditorum aliorum faciat. Nostris in pro-
 testantibus terris autem, quae hunc mo-
 rem lege ecclesiastica introductum ha-
 bent, sanctumque retinent, adeo iam
 necessitas copulae sacerdotalis, ut ita
 loquar, hypothetica. Etsi itaque ad
 essentiam coniugii istam non referamus,
 ita tamen res se habet, ut coniuges post
 consensum demum coram suo Pastore
 & ecclesia datum pro coniugatis habeantur.
 Denique apud nos haec copula

B

quo-



quoque necessaria est ad effectus ciui-
les producendos, efficit nimirum indis-
solubilitatem matrimoniorum, conce-
ditque vtrique parti ius in corpus & in
bona omnia.

§. 7.

Habet, vt modo dixi, hunc effectum
copula sacerdotalis ut Collegia nostra
mixta matrimonium non amplius diri-
mant, nisi ratio adfuerit gravior, v. g. a-
dulterium. Sponsalia vero possunt faci-
lius & solent quoque dissolui, praesertim
vbi vtraque pars pertinaciter nolit; quo-
niam praevidet iudex matrimonialis,
quod coactis ad coniugium despensis
varia incommoda & iurgia perpetua sint

re-



resultatura. De sacerdotali copula antiqua optime scripsere praesertim Pfannerus, Hildebrandus, Boehmerus & Mulerus, quibus in primis meretur adiungi Henrici Christophori Hochmanni de benedictione nuptiarum Altorfii 1685 in 4to edita commentatio prolixa.

§. 8.

Nescio, an examen quod ante copulam sacerdotalem desponsati in Württembergia, patria mea dulcissima, subire tenentur omnes, non possit certo respectu assimilari confirmationi magistratus publicae in Batavia receptae. Certe nulli conceditur matrimonium, nisi examen rationum, quae



circa illius personam, secundum omnes
respectus consideratam observari de-
bent, antea fuerit institutum ab iis,
qui principem repraesentant. Possetne
hoc examen pro confirmatione habe-
ri? Quaeritur scilicet ante omnia, an
non desponsatorum unum in alio quo-
dam loco sit coniugatum? an aetas de-
bita adsit; an matrimonium non con-
tra leges divinas & provinciales peccet,
praecipue indagatur: inquiritur porro
& in opes desponsatorum & probe di-
spicitur, ne coniugium civitati noxiun
contrahatur. His omnibus follicite ex-
aminatis eccl esiae minister a suo Deca-
no veniam accipit, benedictionem fa-

cer-

cerdotalem largiendi. Confirmatio publica igitur in Batauia recepta formaliter tantum, non materialiter a Ducatus Wirtembergensis more distare mihi quidem videtur,

§. 9.

Quaeritur quomodo res sepe habeat in Batauia cum infantibus ante confirmationem publicam generatis. Parentes eos in curiam ducunt & in medio ponunt. Quaeritur ex parentibus utrum hos suos agnoscant liberos? qui respondent affirmando & sic spuri fiunt legitimi. Neque poena civilis ipsis irrogatur ulla, quod penes cives Ducatus Wirtembergensis aliter iterum se habet,



vbi enim quis commissae & cum fu-
tura sua coniuge fornicationis fuerit
coniuctus, multam dat a principe pro
tali delicto determinatam. Censuram
tamen ecclesiae suae & in Batauia incur-
runt, qui ante connubium generant in-
fantes.

§. 10.

Ad nuptias Mennonitarum, qui in
Batauia praesertim florent, notari me-
retur peculiare eorum de personis, cum
quibus matrimonium contrahunt, dog-
ma. Coniugium divinum esse institu-
tum perhibent, vrgentes, quod matri-
monia non nisi cum eiusdem religioni ad-
dictis debeant contrahi. Probant hoc af-

fer-

serum sanctorum Patriarcharum exemplo, et hoc in Domino nubere vocant.

§. II.

Quaeritur, vtrum & penes Batauos dispensationes locum habeant? Circa leges divinas nullo modo dispensant; vti & paritatis rationum in gradibus determinandis sunt tenacissimi. Non nunquam tamen Magistratus politicus ob rei publicae commodum matrimonia lege divina non prohibita interdicit; et si alias coniugia consobrinorum sint in Belgio nec civiliter prohibita. In Gallia Angliaque saepissime tales casus eveniunt, vt interdicatur matrimonium ob has



vel illas rationes peculiares, quod alias
plane non est prohibitum.

§. 12.

Singulare quid apud Batauos est,
quod politico Magistratui decidendae
sint controversiae matrimoniales o-
mnes. Nec enim habent Confistoria
perpetua ex Assessoribus facris & poli-
ticis composita. Vbi tamen casus ali-
quis gravior acciderit, adsciscuntur ver-
bi diuini Ministri; qui potestate delega-
ta vti Confistoria omnia & Protestan-
tium & Pontificiorum, agunt. Errant
putantes, Confistoria agere auctoritate
propria. Ipsa Pontificiorum Confistoria
habent

habent potestatem delegatam ab Episco-
po, in quo vno ius residet lites matri-
moniales dirimendi. Episcopi habent
eam a Pontifice & sunt illius Legati
perpetui. Galli suam potestatem non
a sedis Apostolicae gratia, sed a Chri-
stianissimo Rege ipso derivant.

§. 13.

Nimum petunt, qui Theologos
in rebus matrimonialibus plane exesse
volunt. Certe Theologi, qui plus com-
mercii, vi suorum munerum, cum fa-
cbris litteris habent, quam alii, pote-
runt etiam sensum praceptorum divi-
norum accuratius determinare. Taceo



experientiam saepe in his rebus necessariam, quae quidem sine dubio in eiusmodi rebus certior & maior est in Ministris Euangelii propter continuam cum varii generis hominum consuetudinem, quam in aliis, quibus alia concreta sunt negotia.

§. 14.

Supereft, vt & de die, quo celebrantur nuptiae in Batauia loquar. Dies determinatus non est, & fallitur Benthemius dicendo nuptiarum celebrationem die solis non haberi, cum in Belgio moratus contrarium observaverim. In gene-

genere verum est, quod cum nuptiae maximam partem cum compotationibus pariter atque commissationibus sint coniunctae praestet aliis diebus istas haberi. Dilemannus Heshusius Theologus nostras celeberrimus tanto cum Zelo Rostochii 1556 nuptias diebus dominicis celebratas damnauit, ut anno sequenti exilium propterea passus fit. Videatur Linckfeldii historia Heshusiana, pag. 10. & sequentibus.

§. 15.

Denique hoc anno, quod cum Magistratus politicus in Batauia in confirmatione

firmata



firmatione publice sua data adquiescat;
differentia quaedam Batauos inter, &
nos intercedat. Scilicet nos etiam be-
neditcionem sacerdotalem & iura Sto-
lae religioni dominantि
tribuimus.



CLÄ-

CLARISSIMO ET DOCTISSIMO
VIRO
IOANNI ANDREAE
TAFINGERO
PHILOSOPHIAE DOCTORI DIGNISSIMO
S. P. D.
IOH. LAVR. MOSHEMIVS!

Multa tibi, Amice iucundissime, diuinis
tus obtigerunt ad rem bene agendam &
praefidia & ornamenta, quibus alii plurimi ca-
rent. Mitto genus & proauos: quamquam &
in his est, quod in prouidentiae diuinae sum-
mis beneficiis merito ponas. Exemplis enim
augere te possunt maiores tui, & ad virtu-
tem & prudentiam mortui licet accedere, vi-

ri



ri egregii, qui magnam meritorum gloriam con-
sequuti sunt & apud posteros retinent. Paren-
tem vero TVVM silere nequeo, virum doctri-
na, virtute, prudentia, muneribus denique ve-
nerabilem, in quem intuens & viuum vides
omnium, quae laudabilia & praecclara in TVAE
fortis homine vocari possunt, magistrum, a-
ctione ipsa, quod magnum est, praecepta ex-
perimentem, & liberalem non minus, quam pru-
dentissimum conspicis felicitatis TVAE tuto-
rem. Neque patriam omittere possum: quae
cum sapientissimis institutis, tum summis & egre-
giis viris referta, continuo TE monet, vt di-
gnum ea ciuem TE praebreas. Ad haec ex-
terna accedunt alia maiora in TE ipsa sita. Ha-
bes a diuina bonitate ingenium promptum, ala-
cre, sagax, animum ingenuum & ipsa natura
virtuti amicum, natuum scientiae acquirendae

desi-

desiderium, iudicandi facultatem eximiam: ma-
 gnas sane naturae dotes, quibus qui praediti
 sunt, & contra vtriusque fortunae pericula e-
 gregie muniti sunt, & humani generis commo-
 dis prouehendis aptissimi. Gratulor ego **TIBI**,
 quod deboeo, tot, tantaque bona: multo ve-
 ro magis gaudeo, quod optime illis vteris, ne-
 que quidquam eorum negligis, quibus & scien-
 tiae, prudentiaeque, quibus iam abundas, praec-
 cepta & instituta confirmari & augeri, & bene
 merendi facultas amplificari possunt: cuius qui-
 dem diligentiae specimina edidisti adhuc non
 contemnenda, maiora sine dubio patriae ex iti-
 nere per Galliam, Angliam, Batauiam, Germa-
 niam suscepto redditus. Confidere nimirum
 haec consideranti secure licet, fore, vt patriam,
 tot magnarum animarum matrem ac nutricem,
 ornes, ecclesiam fulcias & tuteris, ciues exem-

plo



plo non minus, quam voce, ad veram aduer-
sus Deum pietatem ducas & emendes, vene-
randorum denique parentum senectutem, vt-
nam! diuturnam, integrum, placidam, exhila-
res. Faueat supremum Numen certissimae huic
spei nostrae, teque, Vir clarissime, Fautor-
que optime, rebus omnibus, quibus vera fe-
licitas hominum continetur, frui diutissime iu-
beat. Ego, consuetudinis & amicitiae nostrae
memor, tibi quamdiu vixero, bene preca-
bor, tu, non dubito, benevolentiam, quam
habes erga me, numquam extingui patieris.
Vale ex voto. Dab. in Acad. Georgia Augusta
ipsis Cal. Decembr. A. MDCCLII.



Ku 4098

(X2627123)



26

DE
**NVPTIIS
BATAVORVM**

A V C T O R E
Ku4898
M. IOANNE ANDREA
TAFINGER,
SOCC. REG. TEVT. GOTTINGENSIS,
ET
LATINAE IENENSIS MEMBRO

1790.



GOTTINGAE
TYPIS IOANNIS FRID. HAGER.
MDCCCLII.